

Yc  
6671



125 B

z



28.

MAGNIFICI  
SENATVS  
LIPSIENSIS  
IN  
LIPSIENSEM ACADEMIAM  
MERITA.

125  
p

CARMINE ELEGIACO

EXPONIT

M. CHRISTIANVS HENRICVS HAVSOTTER

LIPSIENSIS.

---

A. D. XX MART. CIDDCCXLVII.

---

LIPSIÆ,

EXCVDEBAT IOH. GOTTLÖB IMMAN. BREITKOPF.

yc 6671 ak





V I R O  
ILLVSTRI, MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO,  
CONSVLTISSIMOQVE DOMINO,  
DOMINO  
IACOBO BORNIO,  
REG. MAI. POL. ET ELECT. SAX.  
VICE CANCELLARIO,  
A CONSILIIIS SECRETIORIBVS BELLICIS,  
CIVITATIS LIPSIENSIS CONSVLI  
ET SCABINATVS ASSESSORI.

V I R O  
ILLVSTRI, MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO,  
CONSVLTISSIMOQVE DOMINO,  
DOMINO  
GODOFREDO LANGIO,  
REG. MAI. POL. ET ELECT. SAX.  
A CONSILIIIS SECRETIORIBVS BELLICIS,  
CIVITATIS LIPSIENSIS CONSVLI  
ET SCABINATVS ASSESSORI.

V I R O  
ILLVSTRI, MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO, AM-  
PLISSIMO, CONSVLTISSIMOQVE DOMINO,  
D O M I N O  
CHRISTIANO LVDOVICO  
STIEGLIZIO,  
REG. MAI. POL. ET ELECT. SAX.  
A CONSILIIIS SECRETIORIBVS BELLICIS,  
CIVITATIS LIPSIENSIS CONSVLI  
ET SCABINATVS ASSESSORI.

V I R O  
EXCELLENTISSIMO, CONSVLTISSIMO, AMPLIS-  
SIMO, DOCTISSIMOQVE DOMINO,  
D O M I N O  
IOHANNI IACOBO  
MASCOVIO,  
REG. MAI. POL. ET ELECT. SAX.  
A CONSILIIIS AVLICIS, IVDICII SVPREMI AVLICI  
ET CONSISTORII ASSESSORI,  
CIVITATIS LIPSIENSIS PROCONSVLI

MAECENATIBVS ET PATRONIS MEIS  
HAEC SACRA ESSE VULT  
OBSEQUESTISSIMVS CLIENS  
M. CHRISTIAN. HENR. HAVSOTTER.

MAGNIFICO CVLTV, *summa pietate*  
COLENDI,

*Quorum deueneror: nomina sancta, VIRI!*  
*Lipsiacis patria dulci delector Athenis*  
*Et simul hic Musas me coluisse iuuat.*

*Debeo iam sanctae pietati multa*  
SENATVS

*Qui nostrae tutor prosperitatis erat.*  
*Me TVA prae reliquis pietas, pia corda*  
*leuarunt*

BORNI! *in me riui profiluere TVI.*  
*Et tua sancta fides, quae me decorauit*  
*alumnnum*

*Officii memorem me iubet esse mei:*

A 3

*Hinc*

*Hinc tacitus cogor iustum celebrare*

*Senatum*

*Et trabor ad grati dulce laboris opus.*

*Accipe TUTORVM PROMOTORVMQVE*

*CORONA*

*Splendida, quod tradit mensque ma-*

*nusque pia.*

*Accipite haec, quanquam pingui sint*

*scripta Minerva*

*Si desunt vires, velle probate meum!*



*Et contentus ero, modo non spernantur,*

*et omni*

*Tempore diues opum, si faueatis, ero.*

Non





Non sine plaudenti *Philureae* corde recordor  
Quam mea mens patriam gaudet habere suam.  
Iactet, quod fuerit Romanae Tullius vrbis  
Ciuis, eques Romam Naso poëta colat !  
Maeonides iactet septem simul vrbibus esse  
Ciuis, quem quaequae pugnat habere sibi.  
*Vrbis Lipsiacae* quod sim mihi gaudeo ciuis,  
Quodque *Almae* liceat ciuis adesse mihi.  
Hic bene cognoui quanta pietate *Senatus*  
Lipsiacus ciues seruet alatque suos.  
Quam patria cura curet seruetque salutem  
Horum, qui Musae suaui castra colunt.  
Non mea laus laudes poterit mactare *Senatus* ;  
Attamen has meritas non reticere queo.

Mille

Mille pium testes iamiam testantur amorem,  
Et muta referunt voce probantque fidem.  
Qua pietate scholas curat seruatque *Senatus!*  
Quae summas laudes hunc meruisse probant.  
*Ludus* adest testis fidei, pietatis, amoris,  
Qui de NICOLAI nomine nomen habet.  
Haec schola praesidio BORNII! crescitque vigetque,  
Atque sub auspiciis fiat renouata tuis.  
Ista proueniunt iuuenes pietatis alumni,  
Quos sancte seruant munera sancta tuae.  
Non satis est, docilem mores didicisse iuuentam,  
Non satis est artes discere posse bonas.  
Hanc simul et pretiis BORNII! recreare laboras,  
Ac iuuenes ornas *rebus*, alisque bonos.  
*Muneribusque* vocas, vt discant gnauiter artes,  
Vt melius musis incubuisse queant.  
Iam taceam? pietas manet alta mente reposita  
Qua quondam fida condecoratus eram.  
Essem cum patriae celebris pars vna Lycei,  
Quod mihi principium prosperitatis erat.

Thoma-

110

*Thomanaeque scholae* curam testantur alumni,

Quae cura surgens aucta subinde stetit.

Pergit eam cura patriae seruare *Senatus*,

Ac illam donis accumulare studet:

Non domus, ampla domus, nullo fulcimine nixa

Tuta est a ventis, firma stetisse nequit.

Hoc bene perpenderit vigiles *Almaeque* Patroni,

*Almae* usum quaerunt conciliare scholis.

Alliciunt iuvenes, ponant fundamen in arte,

Et gnauī quaerant inuigilare scholis.

Vt posthac patriae possint prodesse, sibi que

Vtque suos studiis exhilarare queant.

O! peramoena patrum, pia, splendida dona *Senatus!*

Suscipiunt iuvenes, muneribusque beant.

Et recreant rebus, quas vitae postulat usus,

Nostrūm tanta fides! gratia tanta patrum!

Tantus inest *urbis* nostrae *Tutoribus* ardor!

*Almae* quo nostrae stet vigeatque salus.

O! quas eximias debent loca diffusa grades

His patribus, qui iam moenia nostra regunt,

B

Regna

Regna illi reddunt regiones, oppida, ciues,  
Et res felices, diffita regna beant.  
Quaeso! quot auxilio nudos opibusque relictos  
Illi consiliis auxilioque iuuant!  
Vt quondam natos romanus misit Athenas  
Vt nanciscantur Palladis artis opes.  
Sic quoque Lipsiacam quaerit studiosa iuuentus  
Vrbem, sic artes excoluisse cupit:  
Sed quot, quot celebrant sanctissima corda *Senatus!*  
O! quot, quot recreant munera vestra *Patres!*  
Viuit adhuc laus vestra *Viri!* variasque per vrbes  
Diuulgata viget, gloria, fama viget.  
Ipse ego cum multas vrbes ac oppida vidi,  
Nulla, decus, quae non concelebraret, erat.  
Adueniunt opibus nudi; seruantur, aluntur,  
Tanta patrum est pietas, gratia, tantus amor!  
Quot domibus vestris, quot suscipiuntur egeni!  
Queis simul et victum, queisque alimenta datis.  
*Non satis est, nostris praebentque stipendia missis,*  
Et miseros opibus de pietate iuuant.

Nonque

Nonque sibi tantum profunt, profuntque iuuentae,  
Quo melius studiis incubuisse queat.  
Sic *Almae* nostrae curant, augentque salutem,  
Et rebus profunt, vrbibus, atque locis.  
Artibus instructi multi de sede Mineruae  
Lipsiaca redeunt, ingenioque graues,  
*Lipsia* ceu viridis floret bene fructibus hortus,  
Vberior fructus qui bene cultus habet.  
In quam fundit aquas pietatis fonte *Senatus*  
Auxilio cuius fertilitate viret:  
Ille iuuat miseros, vt vites adiuuat vlmus,  
Iuncta cui vitis firmior esse solet.  
Sique quis, vt fas est, in clara proficit arte  
Itque suam firma prosperitate viam;  
De fausto gaudent successu ex corde laborum,  
Gaudent, si nobis crescit amoena salus.  
Cum quondam auderem *patribus* sacrare laborem  
*Vrbis Lipsiaca*e, primitiasque meas.  
Testis ego ipse fui, quanta pietate tueri  
Quaerant, quos Musae dulcia castra iuuant.

Artes Augusto, qui quondam Caesar in orbe  
Romano, vt nunquam displicuere bonae.  
Vtque poëtarum studuit curare salutem,  
Quod probat Horatius, Virgiliusque probat.  
Sic tuus assiduo vigilat *Philurea*, *Senatus*  
Musarum, vt nunquam rebus adesse neget.  
Auxilium nunquam studiosis ferre recusat,  
Ducit et in portum prosperitate ratem.  
Vt studiosorum valida fundata carina  
Sit puppis, gaudent euigilare *Patres*.  
*Et si quis studiis sit dignus honore magistri*  
Illum muneribus condecorare solent.  
Laudeque saepe student, vt dignum laurea laudis  
Ornet, eum donis auxiliisque iuuant.  
Quo simul et miseri sensim tollantur in altum,  
Horum quo vigeat firma subinde salus.  
*Doctores quoties vrbis iussere creentur*  
Ex pietate quibus dona dedere *Patres*.  
Praesertim quos posse suis prodesse iuuentae  
*Almam* doctrinis posse iuuare vident.

*Aedifi-*

*Aedificata* mihi studii testatur amorem  
Summis impensis, *Bibliotheca*, domus  
Codicibus plena est, et millia multa librorum  
Cernis, qui summa posteritate vigent.  
Curauere Patres seruare volumina summo  
In Musas studio, quae periisse scio  
Haec nisi seruassent, numerus succrescit in annos  
Tempore librorum tempore maior erit.  
Illic Pieridum didicisse fideliter artes  
Hae quem delectant vnicuique licet.  
Et sine spe pretii studioso porta negatur  
Nulli, namque fores vnicuique patent.  
De cura pauper! nostri laetare *Senatus*,  
Cum tibi non omnes possis habere libros;  
Aduenias, euolue libros, quos nostra paratos  
Summa cum cura Bibliotheca fouet.  
Si tibi fit, discas, discendi rara voluptas,  
Artes hic poteris conciliare tibi.  
Quot, quantis, quoties, vere studiosa iuuentus  
Impensis artes excoluisse cupit!

Hic vero pietas impensas sancta *Senatus*

Impedit, et miseros pauperiemque leuat.

Nec tantum libris studiosis *Ille* ministrat,

Sed rebus, doctum quae decorare solent.

*Cernimus hic globos* praestanti pondere *terrae*

Et qui nos, *globos cernimus, astra* docent.

Cernimus hic, quod sit celebris *systema Tychonis*,

Quod *Ptolomaeus* habet, *Nicolausque* putat.

Atque planetarum numerum motumque docemur

Cernimus et tempus, quo remeare queunt.

Cernimus hic Solem, Lunam, cum Solis eundi

Tempore, Saturni, Mercuriique simul.

Cernimus et quod sit tempus, Iouis orbita, cursus

Et per quam currant Marsque Venusque viam.

*Cernimus hic machinas*, quales vasa aëre plena

Aëre priuare, ac euacuare queunt.

Auxilio quarum grauitates aëris et vim,

Et motum, et pondus noscere quisque potest.

Cernis adhuc varias res, quae *Academia* floret,

Quae studiis monstrant vtilitate viam.

Atque



Atque simul cernis res antiquasque nouasque  
Quae prodesse queunt, quaeque iuuare solent.  
Cernimus *antiqua doctorum in imagine vultus*  
In quibus ars veterum nobilitata viget.  
Qui quemque alliciunt, vt tractent Palladis artes,  
Qui simul ad studium voce filente vocant.  
Cernimus *egregias vrbem exornare monetas*  
Lipsia! queis laudes testificare tuas.  
Cernimus antiquos nobis, quos *Graecia nummos*  
Excudit, *nummos* quos mihi *Roma* tulit.  
Atque *nouas* cernis, quae dignae laude, *monetas*  
Et cernis nummos ordine quosque suo.  
Omnibus his nostri maectatur fama Senatus  
Tempora nec poterunt attenuare decus.  
Est verum, ciues generosos reddere claros  
Vrbes, ac patriam nobilitare suam.  
Sed magis augetur nomen, mage gloria crescit  
Si iusti cupiunt vrbibus esse patres.  
Si curant patriam, ciues seruantque salutem,  
Si semper cupidi laudis amore regunt.

Nobilis

Nobilis hinc nunquam Philureae fama peribit,  
Lipsia florebit, fama superstes erit.

Tanta *patrum patriae* cum nos sapientia nutrit,  
Cum nostram puppim corda paterna tegant:

Cum curent patriae res custodire, salutem  
Augere, atque student, nos cumulare bonis.

Cum quis dux quondam res exegisset Athenis,  
Quas ciues dignas laude fuisse putant:

Erexere duci statuas, posuere columnas,  
Quae meritae laudis signa fuere suae.

Sed tales *patriae patribus* nos posse columnas  
Ponere iam dubito, ponere posse nego.

Non satis has meritas laudes celebrare videmus,  
Quas meruit *pietas*, quas meruere *patres*.

Erigit at quisquis pietati in corde columnas  
Quae fera cunctis posteritate vigent.

Quisquis *Lipsiaci* celebrat pia corda *Senatus*,  
Extollit, laudat deueneratur, amat.

Nec sero pereunt illius tempore laudes,  
Et pietatis honor non moriturus erit.




114

X 2311196

W







25.

P 527.

yc 6671 ak

MAGNIFICI  
SENATVS  
LIPSIENSIS  
IN  
LIPSIENSEM ACADEMIAM  
MERITA.

CARMINE ELEGIACO  
EXPONIT  
M. CHRISTIANVS HENRICVS HAVSOTTER  
LIPSIENSIS.

A. D. XX MART. CIDDCCXLVII.

LIPSIÆ,  
EXCVDEBAT IOH. GOTTLOB IMMAN. BREITKOPF.

